possessionem inscripsisse et ad talem possessionem producendam dillationem affectat ideo non concessa dilatione ad producendam possessionem directe respondere adinvenit in directa autem responsione decrevit ut citatus de inculpatis filijs suis iustitiam debitam et competentem in sequentibus quae relaturi Termini proximi in Curia Regia Bransken celebrandi faciat et admittet sub tanta in Citatione posita idque lucita ad poenam poena quatuordecim marcarum polonicalium parti et Judicio praesenti totidem parti quidem sub maiori poena quatuordecim marcarum polonicalium Judicio vero sub poena Bannitionis quae utraque super ipso exnunc decernuntur et instr quivis Regni Generalis tandem ad intromittendum ipsum actorem in bona citati poenis utrisque respondentia quam ad publicandam super ipso poenam Bannitionis additur ad faciendam vero iustitiam parti tribus in sequentibus querelarum Terminis proximis in Curia Regia Bransken cellebrandis conservatur Terminus A quo decreto Citata pars ad Judicia ordinaria generalis Tribunalis Regni Lublini appellavit sui appellationis Judicium hoc idem non admisit decreti praesentis vigore

Rozbicki **Dilatio**

In Causa et actione Judicialiter vertente inter Instigatorem Judicij praesentis et ipsius delatorem Nobilem Thomam olim Joannis Rozbicki actorem et Nobilem Joannem filium Laurentij Zalkowski de Zalki haeredem ad Banniendum et de Regno polon Dominijsque eidem annexis proscribendum citatum in Causa Ratione per ipsum eidem actori vulnerum in recenti foram officio Castren Bransensi monstratorum et inscriptorum Centum marcis polonicalibus taxatorum illationis iuridice perductorum et obtentorum Citatione ipsa Cuius Copiam sigillatam Ministerialis Regni Generalis Nobilis Simon Krasinski ab Una integra ante Termini huius praesentem septimana in avorijs bonis citati posuisse et publicasse recognovit de hisce latione In termino itaque hodierno ex citatione ad poenam legitime devoluta Judicium praesens Castrense Capitaneale Bransken controversijs partium utrarumque actore per se personaliter Citato vero per Nobilem Anzelmum Zablowski Competentem inscriptum Judicialiter factis exauditis et debite intellectis ad affectationem partis actoris eidem dillationem iuridicam ad producendum probetam causae praesentis vigore cuius agit ad sequentes Judices Terminos proximos celebrandos dedit et concessit ac Terminum partium utrique actorem ad dictionem in sua satisfaciendum citatum vero ad attentandum eidemque quod iuris erit decernendo Terminum pararatum et peremptorium praefixit et conservavit decreti praesentis vigore

Boislawski **Dilatio**

In Causa et actione Judicialiter vertente Inter Instigatorem Judicij praesentis et ipsius delatorem Nobilem Stanislaum olim Thomae Bo plawski actorem et Nobilem Andream olim Alberti Boplawski de Boplawy haeredem ad Banniendum et de Regno polono Dominijs eidem annexis proscribendum in Causa Ratione in contentum iurium et libertatum Regni quibus thelonea in pallatinatu podlachiae sunt sublata ab eodem actore in via libera bonorum Boplawy in platea per villam tendens bombarda longiori vulgo